

Johann Klein von

**Programma Quo Pro-Rector Universitatis Rostochiensis, Johannes Klein/ I.U.D.  
... Ad Solemnes Exequias Quas ... Dn. Georgio Doring/ Patricio Luneburgensi ac  
LL. & Humanitatis omnis Studiosissimo, Filio suo nunc desideratissimo,  
Moestissima Genetrix luctu madida Hodierna hora 1. in Templo D. Jacobo Sacro  
decenti ac recepta funebri pompa parari curabit, frequentandas Omnes Omnium  
Ordinum Cives Academicos ea, qua fas est, humanitate Studiose invitat**

Rostochii: Wepplingius, 1695

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77743914X>

Druck    Freier  Zugang



Klein, J.,

in

**G. D ö r i n g.**

Rost. 1695.

68



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn77743914X/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77743914X/phys_0002)

DFG





# PROGRAMMA Qvô PRO-RECTOR UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS, JOHANNES Klein/ J. U. LANDSTADT, & Pandect. Prof. Ducalis Publicus, nec non Consiliarii Mecklenb. h. a. Director, Ad Solemnes Exequias Qvas GENERO SO AC NOBILISSIMO, DN. GEORGIO DVS REG SB/

Patricio Luneburgensi ac LL. & Humanitatis omnis Studio-  
sissimo, Filio suo nunc desideratissimo,

# Mœstissima Genetrix luctu madida

Hodiernâ borâ I. in Templo D. Jacobo Sacro decenti ac recepta fune-  
bri pompa parari curabit,  
frequentandas

*Omnis Omnia Ordinum Cives Academicos ed, quae  
fas est, humanitate Studiose invitat.*

(  )

*Literis JOHANNIS WEPPLINGII.* Acad. Typographi.



Um verno hujus anni tempore ad  
justa in ipso ætatis vere magnæ spei ac e-  
gregiæ generosæque indolis Juveni, GE-  
ORGIO DORING, Luneburgensi, ino-  
pinata ac præmaturæ nostro Rosero,  
quod vix salutaverat, morte erepto pie  
solvenda, exanimumque ejusdem cor-  
pus freqventiori comitatu ad tumbam  
hodiæ ducendum *Vos omnes omnium Or-  
dinum Academia Cives, suis quosq; riuulis  
conspicuos* hocce publico Programmate  
qà par est humanitate, hortor atq; in-

vito. Ipsa verni temporis consideratio, quo mihi vix triduum Pro-Re-  
storis munere functo tristissima hacce scribendi subnata est occasio,  
abunde firmare videtur, amplissimas sæpe Parentum spes de bene  
educatâ prole suâ conceptas in ipsa, quod ajunt, herba extingui,  
cumq; liberis præpostero naturæ ordine abreptis, non sine acerbissimo  
Genitorum luctu penitus sepeliri. Quotus enim quisq; est, q; vi  
verno hoc anni tempore luxuritantes florum elegantissimorum  
multitudine árbores, latioribus conspicens oculis, communem na-  
turæ cursum sectatus ac seqventibus Ovidii versibus adjutus:

*Cum benè floruerint segetes, erit area dives*

*Cum benè floruerit vinea, Bacbus erit.*

non ausit assertere, copiosissimos has ipsas fructus daturas esse, q;ibus  
ad maturitatem proiectis, non absq;ve summa animi jucunditate frui  
mortalibus licebit? At vero, q;am parum tutum, q;amq; lubricum  
omnino hocce assertum sit, diligens illorum testabitur Observatio,  
q;ibus plus simplici vice notare licuit, frustra sæpius sperasse autum-  
num fructus, q;orum flores ver viderat. Continget enim forte, ut  
vel astus aëris major, q;am cui sustinendo tenuiora fructuum rudi-  
menta esse potuerunt, ipsa in primo q;asi germine extincta, ad nul-  
lam suæ speciei congruam perfectionem pervenire siturus sit, aut si  
hoc mali in tenerrimo statu non obvenerit, sed felici prorsus sydere  
fructus per gradus ad exoptandam iverint maturitatem, fieri tamen  
potest, ut vel grandine percussi decident, vel turbinis interveniente

qio-

Violetitia à fronde avellantur prius; quam hominum usui esse possunt: Aut fieri tandem potest, ut ex intus subortā putredine natus sensim interiora exedens vermis, vitalem omnem sit destructurn vigorem, sicque iterum haut permissurus, ut præconceptum perfectioris gradum, qui in flore jucundiores apparuerant fructus, consequantur. Neque melior conditio fructuum est, quos non sine magna spe ex conjugali Parentes thoro percipiunt. Vix nata illis proles est, ubi non optima quæque de nova lobole sibimet pollicentur sperentq; illam magno Reip. emolumento, Familia ornamento, ac sibi gaudio amplissimo olim futuram esse. At bone DEUS! quam varii casus illorum spes saepe eludunt frustranturq; etiam confirmatas Optimorum Parentum exspectationes. Evenit enim soepe numero, ut egregiae valetudinis speciem præ se ferentes, ingeniumq; simul ad præclaras quævis aptum ostendentes in tenerima statim ætate variarum velut ægritudinum tempestate obruti pereant ante, quam ad illam quodammodo adspirare possint perfectionem, quæ Patriæ ac Parentibus usui olim essent futuri. Qvod si verò aliis primum pueritiae florem sine morborum impetu feliciter transigere detur, neuti, quam tamen in hoc statu omni periculo exempti sunt: Ut enim iam taceam externas violentias, quibus maleferiati in Academiis sclerato furore rabidi scèpius commilitones suos, maturitati & adimplendæ Parentum ac Bonorum deesse exspectationi optimæ proximos ex hac vitâ miserrimè proh dolor! tollunt, atque Charissimum Parentum amplexibus facinorose eripiunt: obveniunt non raro illis etiam, qui auctius vitae robur habent, procellæ morborum graviores, quibus veluti grandinibus concussi & correpti subito deprecent, omni prorsus decollatæ spe, quæ de corporis vigore degue præclaris ingenii dotibus egregios propemodum fructus lati præstolabantur Parentes. Cujusjam jam recensitæ fragilitatis humanæ, in que illa incertissimæ Parentum collocata exspectationis exemplum exhibent nobis exuviae Juvenis, dum vivebat, probi pariter ac eruditiss. DN. GEORGII DORING, cui licet ea contigerat felicitas, ut superatis feliciter teneræ pueritiae periculis, jam in adultiore ætate, ingenio ac moribus maturus eret, spemq; non exiguum Letissimæ, jam cheu! ob irreparabilem tam obsequiosissimi filii jacturam meritò mœstiss.

)( 3

mae

ma Genetrie ac Amplissimæ Döringianæ Familia de se præberet, fore, ut elegantiore litteraturâ probè imbutus, ac solidiore eruditione, cuius parandæ causa nostrum Sapientiae ac artium liberalium emporium sibi ex prudenti Suorum consilio elegerat, auctus, qvondam Studiorum cursu feliciter exactò, domum redux factus Bono publico utilissimè sit operatus, fatale tamen illud malum, quo subito corruptus, ultimam vitæ lineam cum gravissimo omni Suorum luctu absolvit, nulla declinare arte valuit: Ad cuius delineationem antequam pergediar, ex tralatitio hujus Academiæ more ipsum vitæ benè à B. N. transactæ cursum in antecessum præmittam. Ingressus verò est B. N. mortalitatis, unde nunc dimissus est, castra Lüneburgi, Anno salutis supra millesimum sexcentesimum septuagesimo sexto, trigesimo Mensis Junii die, Patre satus Viro Generoso atque Nobilissimo DN. HENRICO Döring / Patricio ac Cameræ Lüneburgensis olim Assessore Gravissimo, biennium ante B. N. piè defuncto: Matre verò per Dei gratiam adhuc superstite, Fœminâ virtutis & pietatis ornamentiis condecoratissimâ CATHARINA de DASSELN, ex Generosa ac perantiqua Dasseliorum Familia ortâ, qvæ nunc filium suum tenerrime dilectum morteqve præcociamissum dolentius deflet ac habiliter luget. Avum laudavit Paternum Virum Generosum ac Nobilissimum DN. HENRICUM Döring/ Patricia ac Senatoriâ apud Lüneburgenses dignitate maximè conspicuum: Aviam Maternam DOROTHEAM Schumachers/ omni laudum ac virtutum nitore commendatissimam Matronam. Materno Avo gavisus est, viro itidem Generoso ac Nobilissimo DN. GEORGIO de DASSEL, Patricio Lüneburgensi, qvithori Conjugalis sociam sibi junctam habuit ELISABETHAM Elvers/ fœminam morum probitatem ac pietatis laude insignem, qvæ B. N. Avia Materna fuit. Proavum Paternum agnovit Virum Generosum ac Nobilissimum DN. HENRICUM Döring/ Patricium ac Senatorem suis meritis apud Lüneburgenses Clarissimum, cuius Uxor fuit URSULA de Witzendorffs/ ex Generosa Witzendorffiorum Prosapia creta, virtutis splendore clarissima fœmina, qvam B. N. Proaviam Paternam nactus est. Proavis Maternus ipsi exstitit Vir Generosus Nobilissimus ac Consultissimus DN. GEORGIUS de DASSEL, Patricius ac Consul magnis in Remp. Lünebur-

neburgensem meritis celebris ac posteritati commendabilis, (q; & mei piè defuncti Soceri Avus fuit) cui matrimoninii nexu copulata fuit CATHARINA, Patricii ac Senatoris Lüneburgensis DUSTERHOFII, filia, omnium virtutum sexum fœmineum decorantium laude fulgidissima, qvæ B. N. Proayia Materna fuit. Ex hisce generis juxta ac Virtutum meritorumque splendore tam claris Majoribus, ut reliquos ultra non nulla secula ex Doringianâ Gente celebres, (qvos hic recensere magis fastuosum, quam necessarium est) jam taceam ejusdem Ascendentes, in lucem editusest beatus Noster GEORGIUS Döring / & ab ipsis statim nativitatis carceribus sub Christi vexillo cœpit currere, salutaribus fœderis tintus aquis. A Parentibus dein ab ineunte statim ætate fidelissimis Præceptoribus privatis ac publicis in Schola patria, in qua prima literaturæ rudimenta fecit, orthodoxæ religionis & pietatis præceptis inbuendus ac erudiendus commissus est, qvorum operâ & industriâ adjutus, eos in litteris humanioribus fecit progressus, ut Anno 1688. circa Paschatis Festum ad Scholam Civitatis Hildesien sis, inibique, per integrum lustrum commoratus, inde Anno 1693. Wolferbytum mitteretur, ubi fidelissimâ Dn. Rectoris Johannis Reiskij, & Dn. Con-Rectoris Johannis Götzij, informatione per biennium usus, dignus visus est, ut Anno 1695. qui erat ætatis 18 in hanc Rostochianam, velut ad uberiorem studiorum & bonarum artium mercatum, alegaretur. Verum vix æger pedem intulerat Roseto, ubi, antequam faciem inter alios gratam acceptamque Academiæ præbere qvivit, jam Medici operam sollicitè efflagitare cœpit: Neque illa defuit qværenti: Accersitus enim ad B. N. 27. Aprilis, Vir Prae-Nobilissimus, Excellentissimus ad Experientissimus Dn. Bernhardus Barnstorffius Medicinæ D. ac Profess, nec non Poliater Celeberrimus. Dn. Collega ac Amicus noster honoratissimus, exemplo adfuit, omniaque huic, qvô B. N. occubuit, morbo ceteroquin medentia qvidem prudenter adhibuit remedia, qvæ tamen debellandæ huic acutissimæ febri ex voto haud sufficeré, sicuti ex ipsa morbi historia, quam Vir Excellentissimus nobis transmisit, luculentius patebit; Ita autem ille: *Ad morbum quod ait inest, quo Generosus Nobilissimus & Flerentissimus,*

)(

nunc

nunc ebeu! desider et iissimus Dominus DORINGIIS , fuccubuit, fuit is Fe  
bris quadam acuta, concinuo astu molesta, quaquamvis in principio adeo  
benigna exsisteret, ut suscepsum suum iter commode Rospochium absoluere pos  
tuerit, successu tamen temporis ipsius rea debilitavit, ut consilium Medi  
cum implorare opus babuerit; die enim 27. Aprilis quo me ad se acerferi  
curavit, astus apparuit nimius, cum omnimoda virium prostratione, pul  
su frequentiori & debiliore, angustiis praecordiorum, siccis vehementi, lingue  
ariditate & asperitudine, faciem inflamatione & dolore, insigni diffi  
cultyte respirandi vel quiequam per esophagum deglutiendi, exscretione  
materiae putriduoso-sanguinea, levique quedam diarrhoea coniunctus; Et  
licet ad hec symptomata debellanda & infringenda, selecta & in istiusmodi  
afflictibus oppido salutaria fuere prescripta & adhibita remedia, tanta  
tamen cuncta non fuere efficacia, ut rebellis morbo obsequium imperare ex  
voto potuerint, unde factum ut prostratis tandem viribus, & accedente  
praeprimis sudore nimio & frigido cum artuum contracturis, die V. Maii,  
circa horam tertiam matutinam placidissime vitalem emisericem spiritum.  
Cum igitur B. N. ultimam instare decretoriari horam, fractis sub  
inde corporis viribus persenticeret, anima unicam pia solicitudi  
ne habere coepit euram, illamque ad beatam emigrationem, spre  
titis cunctis mundi vanitatibus, pie præparavit, eccelestique nectare  
& Ambrosiā bene paſtam s. Maii, horā terrā matutinā Creatori suo  
placido ex hac vita transitu redidit, qvod ex transcriptis verbis  
Viri admodum Reverendi atque Excellentissimi Dn. Joachimi  
Lindemannii S. S. Theol. D. Metaph. ac Physic. Prof. Publ. ad 20  
adem Marianam Archi-Diaconi vigilantissimi, Dn. Collegæ  
ac Amici nostri honoratissimi, clarius constabit, Ita autem ille:  
*Quod sapè mecum cogitare soleo, nos quamlibet diem cum morte di  
videre, & quemadmodum clepsydram non ultimum stillicidium  
exhaurit, sed qvod ante defluxit, sic quoque ultimam horam, qua  
vivere desinimus, non mortem facere sed consummare.* Illud  
iterum me doluit, beatus quidem sed premarurus ex hac vita exitus Ge  
nerosi Domini GEORGII à DORING, Patricii Luneburgensis, in  
ipso etatis flore extinti. Ad quem acerferi sui die IV. Maii circa septuo  
mam matutinam, egregiumq; Juvenem, nunquam alias mibi visum, ario  
ter cum morbo lethali conflantem, offendit. Non parum me moverant,

¶ Fratris lacryme; ¶ honesta decumbentis facies. Adhac ergo nos, quamvis propter incredibilem fauicium ficitatem, paucioribus verbis, quid abs me expectaret, eloquus fuit. Sicuter, in lectulo, cœnferali pugmate, constituta anima, Deum sivebat, Deum desiderat at, Deo per S. Synax in frui unicè suspirabat. Mirabar generosum animum mortis contemplationem, nulli hic planctus, tergi versationes nulla, in illo aetatis flore mori desiderabat & esse cum CHRISTO. Meum igitur fuit, prius precibus languido preire, Mediatorem Generis Hymnani illi ostendere, desiderium vite celestis acuere, & sacra confessione animum expurgare, Vaticano quoque caelesti munire, & aeternitati moriturum preparare. Hec omnia telle promite arripare, precibus se Deo commendare, oculos mentis in futuram gloriam dirigere, & moriturus, veluti sol in occasu, pulchrior esse cepit. Sperabam euidem vim morbi defavituram, sed aister visum DEO, qui Generosum hunc Juvenem, ipsa Dom. Exaudi, summo mane, inter prias adstantiam precies, firma fiducia in Salvatorem suum recumbentem, his miseriis per felicem beatamque aeternitatem, exemit. Felicem mortem, quæ beatam immortalitatem pedisse quam habet!

Sic bene magna Tui sub terras iuit immago!

Ita omnino est, decessit Beatus Noster de statione sua iusti mandatoque rerum nostrarum arbitrii summi maximique, cui mos in omnibus gerendus est; quicquid is agit, atque molitur, hoc rectum, hoc justum, hoc salutare est, quanquam adversum nobis & asperum videatur. Quod lenimento Tibi, merito Mæstissima Mater, Vobisque, qui missò gaudio in querimonias soluti hunc casum humaniter fertis, omnibus ac singulis, arctiori necessitudinis vinculo beate defuncto nostro nexione, potest esse maximo. Nostrum quidem non erat spem sepelire vestram, sed uberiorem potius reddere; sed nec veltrum est, justò dolentius jacturam filii ac Cognati vestri lugere: Neque enim periit, sed obdormivit, non ereptus, sed liberatus, non ademptus prorsus, sed avertisse: Subduxit ipsum Summus vitæ necisque Arbiter propera morte, infinitis fortunæ casibus, quibus volvitur humanae vitæ de cursus, ne ipsum miseræ vexarent, aut corrupti seculi mores corrumperent ac venenarent: Amisisti quidem, Matrona Nobilissima, filium longe charissimum, quo pro mori non  
recu

recusasses, parata tuos, ad illius adderet annos: Amisisti senectutis tuae solatium, omnemque gaudiorum spem ac deliciastuas. Verum & cogita, eâ conditione nasci homines, ut iterum densescantur, neque te immortalem genuisse, sed hominem, qui hac conditione tibi datus, non ut perpetuo possideres, sed ut quandounque hac depositum repetenti Deo labens restitueres, quicve hâc intravit conditione, ut exiret. Naturæ turbari ordinem, quum parentes efferunt ex se genitos eqvidem non diffiteor: Vix tamen melius illis consulitur, quam quando in numeris periculis, & malorum exemplis, quibus ex posti obnoxiique stœpe corrumpuntur, degenerant, & misere pereunt, de quibus magna spes concepta est, mature subtrahuntur. Non invidebis proinde filio tuo hanc felicitatem, quam beatis mixtus mentibus æternis jam perfunditur gaudiis, neque Te mœrori trades, quod ipse quoque deprecatur, sed pones luctum & à summo rerum Moderatore, qui tristitia temperare solet latioribus, meliora expectabis. Interim quiesceret corpus in pace molleque sentiat terram, dum restituatur anima ad cœlestis gaudii omniumque bonorum fidelibus præparatorum largissimam messem. Quod reliquum est, Vos Omnes omnium Ordinum Cives Academicos, ea, quæ fas est humanitate, Studiosissime invito, ut frequenti numero eatis exequias, Beatique exuvii supremum, quem egregia vita probitate meruit honorem, cumulatè præstetis. Date hoc Mæstissime Matri at Generose Doringiana Amplissimeque Familie in luctu positæ, voluntatemque hoc humanitatis officium promptissime demerendi me interprete hoc ipso offerenti: Quod promptius & uberiorius vos facturos esse, ubi ad ipsius humanitatis commonitionem nostra accedit  
intercessio, certò nobis pollicemur.

Valete.

P. P. Sub Sigillo Rectoratus die 16. Maii,  
Anno M. DC. XCV.

Conventus fiet in Ede Mariana Hora I.










Et fratribus lacryma, Et honesta decumbent  
 quamvis propter incredibilem fauicum siccum  
 quid abs me expediret, elocutus fuit. Si  
 gmate, constituta anima, Deum stiebat, De  
 Synaxin frui unicè suspirabat. Mirabarge  
 remtorem, nulli hic plandus, tergi versatio  
 mori desiderabat Et esse cum CHRISTO,  
 cibus languido preire, Mediatorem Generis  
 desiderium vite caelestis acuere, Et sacra  
 gare, Viativo quoque cœlesti munire, Et ate  
 re. Hec omnia ille prompte arripere, pre  
 culos mentis in futuram gloriam dirigere, Et  
 casu, pulchrior esse cœpit. Sperabam equi  
 sed ait uisum DEO, qui Generosum buni  
 di, summo mane, inter pias adstantiam pr  
 oorem suum recumbentem, bis miseriis per  
 exmit. Felicem mortem, quæ beata  
 quam habet!

Sic bene magna Tui sub terra

Ita omnino est, decessit Beatus Noste  
 datoque rerum nostrarum arbitri suu  
 in omnibus gerendus est; qvicquid i  
 rectum, hoc justum, hoc salutare est,  
 & asperum videatur. Quod leniment  
 Mater, Vobisque, qui missò gaudiò in  
 sum humaniter fertis, Omnibus ac sin  
 nis vinculo beatè defuncto nostro nexis  
 strum quidem non erat spem sepelire v  
 tius reddere; sed nec veltrum est, just  
 Cognati vestri lugere: Neqve enim p  
 ereptus, sed liberatus, non adem  
 vatus est: Subduxit ipsum Summus  
 perà morte, infinitis fortunæ casib  
 na vitæ de cursus, ne ipsum miseriac  
 culi mores corrumperent ac venenac  
 Matrona Nobilissima, filium longe charis



ibat ager natus,  
 ioribus verbis,  
 ,ceu ferali pe  
 rit, Deo per S.  
 im mortis con  
 illo etatis flore  
 uit, piis pre  
 li ostendere,  
 mura expur  
 rum prepara  
 mmendare, o  
 veluti sol in oe  
 i deservitram,  
 a Dom. Exau  
 lucia in Salva  
 que à dñis, v  
 taten pedisse  
 !

032

Patch Reference numbers on ITI63 Serial No. 032

Image Engineering